



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XXVII. Precaria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

## XXVII. PRECARIA.

**D**Ominæ sanctæ ac reuerentissimæ Ecclesiæ pagenfi, his nominibus, quæ est constructa in pago illo, in loco qui dicitur ille, ego in Dei nomine ille. Omnibus non habetur incognitum, qualiter res proprietatis meæ in pago illo, quib. vocabula sunt illa & illa, in iâ dictis locis, id est tam mansis, &c. omnia & ex omnibus per meam cessionem, ad lumen vel sacrificium ad ipsam casam Dei, à die præsentè delegavi, postea ad petitionem meâ mihi non denegasti, nisi vt ipsas res quamdiu adiuuo, mihi ad vsandum vel condirigendum præstare debeatis. Quod taliter fecistis; sic taliter vt tempore vitæ meæ ipsas res habere & vsare vel condirigere debeam. Et post meum quoque discessum, cum omni re immeliorata, agentes

Q



ipsius Ecclesiæ, absque expectata traditione in eorum reuocent dominationem, vel potestatem. Propterea talem precariam ad ipsam casam Dei fieri, & adfirmare rogavi, vt ipsas res nec vendere, nec donare, nec commutare, nec vllis modis, vllisq; ingeniis de ipsa casa Dei abstrahere, nec minuere pōtificium non habeam: nec mea possessio vllum præiudicium vobis, nec ad ipsam casam Dei agere, nec generare non debeat, nec ego ipse, nec vllus de heredibus meis, nec quælibet opposita persona. Quod si attentauerimus, nullum obtineat effectum, & insuper inferamus partibus ipsius Ecclesiæ, vel suis rectoribus, vna cum socio fisco auri vncias tantas, & vt aliæ precariæ, ac si per quinquennium fuerit renouata ista, per se obtineat firmitatem.